

2. Vingtintium annorum erat Ioachaz, cum regnare cepisset, & tribus mensibus regnavit in Ierusalem.

3. Amovit autem eum rex Aegypti cum venisset in Ierusalem, & condemnavit terram centum talentis argenti, & talento auri.

4. Constituitque pro eo regem, * Eliakim fratrem eius, super Iudam & Ierusalem: & vertit nomen eius Ioakim: ipsum vero Ioachaz tulit secum, & abduxit in Aegyptum.

5. Vigintrique annorum erat Ioakim cum regnare cepisset, & undecim annis regnavit in Ierusalem: fecitque malum coram Domino Deo suo.

6. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldaeorum, & vincitum caenis duxit in Babylonem.

7. Ad quam & vasa Domini transtulit, & posuit ea in templo suo.

8. Reliqua autem verborum Ioakim, & abominationum eius, quas operatus est, & quae inventa sunt in eo, continentur in Libro regum Iuda & Israel. Regnavit autem Ioachin * filius eius pro eo.

9. Octo annorum erat Ioachin cum regnare cepisset, & tribus mensibus, ac decem diebus regnavit in Ierusalem, fecitque malum in conspectu Domini.

10. Cumque anni circulus volveretur, misit Nabuchodonosor rex, qui adduxerunt eum in Babylonem, asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini: * Regem vero constituit Sedeciam patrum eius super Iudam & Ierusalem.

11. Vingtinti & unius anni erat Sedecias cum regnare cepisset, & undecim annis regnavit in Ierusalem:

12. Fecitque malum in oculis Domini Dei sui, nec erubuit faciem Ieremiae prophetae, loquentis ad se ex ore Domini.

13. A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiuraverat eum * per 1. Anno M. 3405. Ant. Chr. 599.

14. Sed & universi principes sacerdotum, & populus, praevaticari sunt inique

iuxta universas abominaciones Gentium, & polluerunt domum Domini, quam sanctificaverat sibi in Ierusalem.

15. Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nunciorum suorum de nocte consurgens, & quotidie commonens: eo quod parceret populo & habitaculo suo.

16. At illi subsannabant nuncios Dei, & parvipendebant sermones eius, illudabantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.

17. Adduxit enim super eos regem Chaldaeorum, & interfecit iuvenes eorum gladio in domo sanctuarij sui, non est misertus adolentes, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem, sed omnes tradidit in manibus eius.

18. Universaque vasa domus Domini tam maiora, quam minora, & thesauros templi, & regis, & principum transtulit in Babylonem.

19. Incenderunt hostes domum Dei, destruxeruntque murum Ierusalem, universas turres combusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt.

20. Siquis evaserat gladium, ductus in Babylonem servivit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Persarum,

21. & completeretur sermo Domini ex ore Ieremiae, & celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatum usque dum completerentur septuaginta anni.

22. * Anno autem primo * Cyri regis Persarum ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Ieremiae, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, qui iussit praedicari in universo regno suo, etiam per scripturam, dicens:

23. Haec dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terrae dedit mihi Dominus Deus caeli, & ipse praecipit mihi ut edificarem ei domum in Ierusalem, quae est in Iudaea: quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dominus Deus suus cum eo, & ascendat.

ius, Matthaniam in Sedeciam, quod iustitiam Domini significat.

V. 4. Reg. 25.

* 1. Esdr. 1. 1. & 6. 3. Jerem. 25. 12. & 29. 10. * Anno M. 3408. Ant. Chr. 536.

* Non completis, sed ad 11. inchoatum. * 4. vixit ut diceret: quavis postea restituerit, sic, ut servum sibi tamen effecerit. (4. Reg. 24. 1.) Ad hac autem primam servitute Regis & populi numerandi sunt 70. AN. CAP. TIVITA a Ieremia praedicti.

* Qui & Conias, sive Iecoonias, Iere. 22. 24. V. de annor. ad c. 3. Libri 1. Paral. 4. Reg. 24. 17. Ierem. 37. 1. Anno M. 3405. Ant. Chr. 599. * Idem mutaverat nomen e-

LIBER PRIMUS ESDRÆ.

PARALIPOMENON libros excipit ille qui ab ESDRA scriptore nomen est sortitus. Erat autem Esdras eruditissimus & in lege versatissimus: cui hoc insuper debetur, quod totam Scripturam sacram, negligentia sacerdotum & iniuria temporum multis locis depravatam, correxerit & restauravit. Samaritanos characteres quibus antea Iudei utebantur, Samaritanis relinquens, Chaldaicos ille tum substituisse dicitur: sive quod populus his iam assuevisset tempore captivitatis, sive ut animos Iudeorum a Samaritanis longius alienaret.

Est autem series historiae hoc libro comprehensa ann. 82. Ab anno scilicet mundi 3468. quo Cyrus, Cambyse patre in Persia, & Cyaxare socero in Media, vita functis, Orientis monarchia potitus est; ad ann. 3550. Artaxerxis illius qui Longimanus dicitur sui, 20. Quis annorum numerus, hac relax in Chronologia nostra ratione probamus, ita colligitur.

Cyrus, ann. 7. Cambyses, 7. & mens. 5. Magus, 0. mens. 7. Darius Hystaspis filius, 36. Xerxes, 12. Artaxerxes, 19.

Summa 82.

CAPUT PRIMUM.

Cyrus, completis 70. captivitatis Babylonice annis, divinitus inspiratus, redditus vasis templi Salomonis 5400. captivitatem Israelitis relaxat, concedens templi reedificationem.



* Anno M. 3468. Ant. Chr. 536. 2. Paral. 36. 22. Jerem. 25. 12. & 29. 10. Irai. 46. 28 & 45. 13.

N anno primo * Cyri regis Persarum ut completeretur verbum Domini ex ore Ieremiae, suscitavit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & traduxit vocem in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens:

2. Haec dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terrae dedit mihi Dominus Deus caeli, & ipse praecipit mihi ut edificarem ei domum in Ierusalem, quae est in Iudaea.

3. Quis est in vobis de universo populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem, quae est in Iudaea, & aedificet domum Domini Dei Israel, ipse est Deus qui est in Ierusalem.

4. Et omnes reliqui in cunctis locis ubicumque habitant, adiuvent eum viri de loco suo argento & auro, & substantia, & pecoribus, excepto quod voluntarie

offerunt templo Dei, quod est in Ierusalem.

5. Et surrexerunt principes patrum de Iuda, & Beniamin, & Sacerdotes, & Levitae, & omnis, cuius Deus suscitavit spiritum, ut ascenderent ad aedificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem.

6. Universique qui erant in circuitu, adiuverunt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia & iumentis, in supellectili, exceptis his, quae sponte obtulerant.

7. Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quae tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, & posuerat ea in templo Dei sui.

8. Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mithridatis filij Gazabar, & annumeravit ea Sassabasar * principi Iuda.

9. Et hic est numerus eorum: Phialae aureae triginta, phialae argenteae mille, cultri viginovem, scyphi aurei triginta,

10. scyphi argentei secundi quadringenti decem: vasa alia mille.

11. Omnia vasa aurea & argentea quinque millia quadringenta: universa tulit Sassabasar cum his, qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

* Qui & Zorobabel Inf. 5. ver. 9. cum 16.

CAPUT II.

Numerus revertentium duce Zorobabel e captivitate Babylonica in Jerusalem, ac donorum in reedificationem templi oblaturum.

2. Esd. 7. 6.

* Recensio hæc sepè numeris differt ab ea que est Nehem. 7. Fieri itaque potest ut non eadem sit; sed alia, diverso tempore facta, cum consilio mutato, alii qui Babyloniae remanere maluerint, alij contra se iam descriptis de novo advenxerint. Deest autem in aliquibus Græcis exemplaribus, ut & caput sequens.

1. **H**I sunt autem provinciæ * filij, qui ascenderunt de captivitate, quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reversi sunt in Jerusalem & Iudam, unusquisque in civitatem suam.
2. Qui venerunt cum Zorobabel, Iosue, Nehemia, Saraia, Rahelaja, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rehnum, Baana. Numerus virorum populi Israël:
3. Filij Pharos duo millia centum septuagintaduo.
4. Filij Sephatia, trecenti septuagintaduo.
5. Filij Area, septingenti septuagintaquinque.
6. Filij Phahath Moab, filiorum Iosue: Iobab duo millia octingenti duodecim.
7. Filij Elam mille ducenti quinquagintaquatuor.
8. Filij Zethua, nongenti quadragintaquinque.
9. Filij Zachai, septingenti sexaginta.
10. Filij Bani, sexcenti quadragintaduo.
11. Filij Bebai, sexcenti vigintitres.
12. Filij Azgad, mille ducenti vigintiduo.
13. Filij Adonicam, sexcenti sexaginta sex.
14. Filij Beguai, duo millia quinquagintasex.
15. Filij Adin, quadringenti quinquagintaquatuor.
16. Filij Ather, qui erant ex Ezechia, nonaginta octo.
17. Filij Besai, trecenti vigintitres.
18. Filij Iora, centum duodecim.
19. Filij Hasum, ducenti vigintitres.
20. Filij Gebbar, nonagintaquinque.
21. Filij Bethlehem, centum vigintitres.
22. Viri Netupha, quinquagintasex.
23. Viri Anathoth, centum vigintiocto.
24. Filij Azmaveth, quadragintaduo.
25. Filij Cariathiarim, Cephira, & Bethroth, septingenti quadragintatres.
26. Filij Rama & Gabaa, sexcenti vigintiduo.
27. Viri Machmas, centum vigintiduo.
28. Viri Bethel & Hai, ducenti vigintitres.

29. Filij Nebo, quinquagintaduo.
30. Filij Megbis, centum quinquaginta sex.
31. Filij Elam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor.
32. Filij Harim, trecenti viginti.
33. Filij Lod Hadid, & Ono, septingenti vigintiquinque.
34. Filij Iericho, trecenti quadragintaquinque.
35. Filij Senaa, tria millia sexcenti triginta.
36. Sacerdotes: Filij Iadaia in domo Iosue, nongenti septuagintatres.
37. Filij Emmer, mille quinquagintaduo.
38. Filij Pheshur, mille ducenti quadraginta septem.
39. Filij Harim, mille decem & septem.
40. Levitæ: Filij Iosue & Cedmihel filiorum Odovix septuagintaquatuor.
41. Cantores: Filij Asaph, centum vigintiocto.
42. Filij Ianitorum: Filij Sellum, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hattita, filij Sobai: universi centum trigintanovem.
43. Nathinæi: filij Siha, filij Hasupha, filij Tabbaoth,
44. filij Ceros, filij Saa, filij Phadon,
45. filij Lebana, filij Hagaba, filij Accub,
46. filij Hagab, filij Semlai, filij Hanan,
47. filij Gaddel, filij Gaber, filij Raaija,
48. filij Rasin, filij Necoda, filij Gazam,
49. filij Aza, filij Phasea, filij Besee,
50. filij Asena, filij Munim, filij Neophusim,
51. filij Baebuc, filij Hacupha, filij Harhur,
52. filij Besluth, filij Mahida, filij Harsa,
53. filij Bercoos, filij Sisara, filij Thema,
54. filij Nasia, filij Hatipha,
55. filij servorum Salomonis, filij Sotai, filij Sophereth, filij Pharuda,
56. filij Iada, filij Dercon, filij Geddel,
57. filij Saphatia, filij Harli, filij Phochereth, qui erant de Asebaim, filij Ami.
58. omnes Nathinæi, & filij servorum Salomonis, trecenti nonagintaduo.
59. Et hi qui ascenderunt de Thelmalaja, Thelharsa, Cherub, & Adon, & Emer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum & semen suum, utrum ex Israël essent.
60. Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti quinquagintaduo.
61. Et de filiis Sacerdotum: Filij Hobia, filij Accos, filij Berzellai, qui acce-

pit

* Eadem summa universalis est, Nehem. 7. 66. etsi numeri singulares, utrobique dispares, nulli hanc summam constituent. Ibi enim summam tantum 29818, & in Nehem. 3. 1031. Eos vero qui desiderant, querendos esse in iis qui ascenderunt ex reliquis tribubus, in Chronol. maiori, Hebraei significat; quarum reliquæ superfluerunt usque ad Reip. Iudæicæ excidium, ut patet Act. 26. 7. Luc. 2. 36. & alibi.

† Id est Praefatus, seu Praefatus. Nomen est Persicum: ibi autem Zorobabel significatur.

† Anno M. 3499. Ant. Chr. 535.

† Id est Praefatus, seu Praefatus. Nomen est Persicum: ibi autem Zorobabel significatur.

- pit de filiabus Berzellai Galaaditis, uxorem, & vocatus est nomine eorum:
 62. hi quasierunt scripturam genealogiæ suæ, & non invenerunt, & eieci sunt, de sacerdotio.
 63. Et dixit * Athesatha t eis ut non comederent de Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus.
 64. Omnis multitudo quasi unus, quadraginta duo millia trecenti sexaginta.
 65. exceptis servis eorum, & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem: & in ipsis cantores, atque cantatrices ducenti.
 66. Equi eorum septingenti trigintasex, muli eorum, ducenti quadragintaquinque.
 67. camelii eorum, quadringenti trigintaquinque, asini eorum, sex millia septingenti viginti.
 68. Et de principibus patrum, cum ingrederentur templum Domini, quod est in Jerusalem, sponte obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in loco suo.
 69. Secundum vires suas dederunt impensas operis, auri solidos sexaginta millia & mille, argenti mnae quinque millia, & vestes sacerdotales centum.
 70. Habitaverunt ergo Sacerdotes, & Levitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi in urbibus suis, universusque Israël in civitatibus suis.
- CAPUT III.
- Convocato populo in Jerusalem, extruitur altare, super quo victima offeruntur; celebratur quoque septem diebus festum tabernaculorum; & secundo reversionis anno templum fundatur, populo vociferante, partim ex gaudio, partim ex fletu.
1. **I**amque venerat mensis septimus, & erant filij Israël in civitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi vir unus in Jerusalem.
 2. Et surrexit Iosue filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius, & edificaverunt altare Dei Israël ut offerrent in eo holocaustomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei:
 3. collocaverunt autem altare Dei super bases suas deterritibus eos per circuitum populis terrarum, & obtulerunt su-

- per illud holocaustum Domino manè & vespere:
4. Feceruntque solemnitatem tabernaculorum, sicut scriptum est, & holocaustum diebus singulis per ordinem secundum præceptum opus diei in die suo.
 5. Et post hæc holocaustum iuge, tam in Calendis quam in universis solemnitatibus Domini, quæ erant consecrata, & in omnibus in quibus ultro offerebatur munus Domino.
 6. A primo die mensis septimi ceperunt offerre holocaustum Domino: porrò templum Dei nondum fundatum erat.
 7. Dederunt autem pecunias latomis & cementariis: cibum quoque, & potum, & oleum Sidoniis, Tyriisque ut deferrent ligna cédrina de Libano ad mare Ioppe, iuxta quod præceperat Cyrus rex Persarum eis.
 8. Anno autem secundo adventus eorum ad templum Dei in Jerusalem mensis secundo, ceperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum Sacerdotes, & Levitæ, & omnes qui venerant de captivitate in Jerusalem, & constituerunt Levitæ a viginti annis & supra, ut urgerent opus Domini.
 9. Steritque Iosue & filij eius, & fratres eius, Cedmihel, & filij eius, & filij Iuda, quasi vir unus, ut instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei: filij Henadad, & filij eorum, & fratres eorum Levitæ.
 10. Fundato igitur a cementariis templo Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: & Levitæ filij Asaph in cymbalis, ut laudarent Deum per manus David regis Israël.
 11. Et concinebant in hymnis, & confessione Domino: Quoniam bonus, quoniam in æternam misericordiam eius super Israël. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eò quòd fundatum esset templum Domini.
 12. plurimi etiam de Sacerdotibus & Levitis, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius, cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, elevabant vocem.
 13. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi: commixtum enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul,

CA-

CAPUT IV.

Israëlis hostes Samaritani, qui ab Assur missi fuerant ad inhabitandas urbes Samariae, impediunt templi & urbis instauracionem, quod non admitterentur ut simul edificarent; & usque ad secundum Darij annum intermitteri procurant.

Eodem ann. 3469.

Audierunt autem hostes Iudæ, & Benjamin, quia filij captivitatis edificarent templum Domino Deo Israëli: & accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrum dixerunt eis: Edificemus vobiscum, quia ita ut vos, quærimus Deum vestrum: ecce nos immolavimus victimas a diebus Asor Haddan * regis Assur, qui adduxit nos huc.

2. Et dixit eis Zorobabel, & Iosue, & reliqui principes patrum Israëli: Non est vobis & nobis ut edificemus domum Deo nostro, sed nos ipsi soli edificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum.

3. Factum est igitur ut populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in edificando.

4. Conduxerunt ** autem adversus eos consiliatores, ut destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & usque ad regnum Darij † regis Persarum.

5. In regno autem Assueri ||, in principio regni eius, scripserunt accusationem adversus habitatores Iudæ & Ierusalem.

6. Et in diebus Artaxerxis † scripsit Beselam Mithridates, & Thabeel, & recitavit liqui, qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum: epistola autem accusationis scripta erat Syriacè, & regnum legebatur sermone Syro.

7. Reum Beelteem, & Samsai scriba scripserunt epistolam unam de Ierusalem Artaxerxi regi, huicsemodi:

8. Reum Beelteem, & Samsai scriba, & reliqui consiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuei, Babylonij, Susanechæi, Dievi, & Elamitæ,

9. & ceteri de Gentibus, quas transtulit Asenaphar magnus & gloriosus: & habitare eas fecit in civitatibus Samariæ, & Magus, qui in reliquis regionibus trans Flumen in pace:

10. (Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt ad eum) Artaxerxi regi, servi

* Sive Asaradon. Is fuit, Salmanasar filius infra Asephanar quoque dictus, qui Cuthæos, in Samariam traiecit.

** Largitione, scilicet, & pecunia: Unde Daniël trium septimanarum luctus obortus, est, anno imperij Cyri 3, qui est M. 3470.

† Vid. Dan. c. 10.

‡ Scilicet Hyastasis filij, qui regnum auspiciatus est, an. M. 3483.

|| I. Cambyses, qui Cyri filius, & successor in regno fuit, anno M. 3475.

¶ Is esse videtur Oropastes, Magus, qui in mortuo Cambyse, fratrem regis Smer-

tui, viri qui sunt trans Fluvium, salutem dicunt.

12. Notum sit regi, quia Iudæi, qui ascenderunt a te ad nos, venerant in Ierusalem civitatem rebellem & pessimam, quam edificat extruentes muros eius, & parietes componentes.

13. Nunc igitur notum sit regi, quia si civitas illa edificata fuerit, & muri eius instaurati, tributum, & vectigal, & annuos redditus non dabunt, & usque ad reges hæc noxa perveniet.

14. Nos autem memores salis, quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus, idcirco misimus & nunciavimus regi,

15. ut recenseas in libris historiarum patrum tuorum, & invenies scriptum in commentariis: & scies quoniam urbs illa, urbs rebellis est, & nocens regibus & provinciis, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis: quam ob rem & civitas ipsa destructa est.

16. Nunciavimus nos regi, quoniam si civitas illa edificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionem trans Fluvium non habebis.

17. Verbum misit rex ad Reum Beelteem, & Samsai scribam, & ad reliquos, qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, & ceteris trans Fluvium, salutem dicens & pacem.

18. Accusatio, quam misistis ad nos, manifestè lecta est coram me.

19. & a me præceptum est: & recesserunt, inveneruntque quoniam civitas illa a diebus antiquis adversum reges rebellat, & seditiones, & prælia concitantur in ea:

20. nam & reges fortissimi fuerunt in Ierusalem, qui & dominati sunt omni regione, que trans Fluvium est: tributum quoque & vectigal, & redditus accipiebant.

21. Nunc ergo audite sententiam: Prohibeatis viros illos ut urbs illa non edificetur, donec si forte a me iussum fuerit.

22. Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges.

23. Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beelteem, & Samsai scriba, & consiliaris eorum: & abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore.

24. Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat usque ad annum secundum * regni Darij regis Persarum.

dim mentis, per aliquot menses regnum obtinuit, Herodotus & alij. l. i. c. 102. anno M. 3482.

* Hinc patet malè a quibusdam de hoc Darij intellectu, quod de Assuero dicitur super. c. 6. siquidem accusati sunt Iudæi contra Assuerum, in ipso regni eius principio, cum nonnisi an. 2. regni Darij huius coram ipso sint accusati, anno M. 3485.

CAPUT V.

Aggei & Zachariæ prophetarum exhortatione templi edificatio repetitur, frustrâ conantibus hoc impedire principibus qui trans flumen in Samaria constituti erant a rege Assyriorum.

Prophetaverunt autem Aggeus propheta, & Zacharias filius Ado prophetantes ad Iudæos, qui erant in Iudæa & Ierusalem, in nomine Dei Israëli.

1. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & cœperunt edificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis prophætæ Dei adiuvantes eos.

2. In ipso autem tempore venit ad eos Thathanai, qui erat dux trans Flumen, & Stharbazanai, & consiliarij eorum: sicque dixerunt eis: Quis dedit vobis consilium ut domum hæc edificaretis, & muros eius instauraretis?

3. Ad quod respondimus eis, quæ est sententia hominum auctorum edificacionis illius.

4. Oculus autem Dei eorum factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt inhibere eos. Placuitque ut res ad Darij referretur, & tunc satisfacerent adversus accusationem illam.

5. Exemplar epistolæ, quam misit Thathanai dux regionis trans Flumen, & Stharbazanai, & consiliatores eius Arphaschæi, qui erant trans Flumen, ad Darij regem.

6. Sermo, quem miserant ei, sic scriptus erat: Dario regi pax omnis.

7. Notum sit regi, isse nos ad Iudæam provinciam, ad domum Dei magni, quæ edificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus: opusque illud diligenter extruitur, & crescit in manibus eorum.

8. Interrogavimus eorum senes illos, & ita diximus eis: Quis dedit vobis potestatem ut domum hæc edificaretis, & muros hos instauraretis?

9. Sed & nomina eorum quasivimus ab eis, ut nunciaremus tibi: scripsimusque nomina eorum virorum, qui sunt principes in eis.

10. Huiusmodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes: Nos sumus Servi Dei cæli & terræ, & edificamus templum, quod erat extractum ante hos

annos multos, quodque rex Israëli magnus edificaverat, & extruxerat.

12. Postquam autem ad iracundiam provocaverunt patres nostri Deum cæli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldei, domum quoque hæc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem.

13. Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictum ut domus Dei hæc edificaretur.

14. Nam & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo, quod erat in Ierusalem, & asportaverat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principem constituit.

15. Dixitque ei: Hæc vasa tolle, & vade, & pone ea in templo, quod est in Ierusalem, & domus Dei edificetur in loco suo.

16. Tunc itaque Sassabasar ille venit & posuit fundamenta templi Dei in Ierusalem, & ex eo tempore usque nunc edificatur, & pectus completum est.

17. Nunc ergo, si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, utrumnam a Cyro rege iussum fuerit ut edificaretur domus Dei in Ierusalem, & voluntatem regis super hæc remittat ad nos.

CAPUT VI.

Darius Cyri decretum de templo extruendo in bibliotheca sua inventum habet compleri suppeditato sumptu; templum autem sexto Darij anno absolutum, cum ingenti lætitia plurimisque victimis dedicatur, ac Pascha septem diebus celebratur.

Tunc Darius rex præcepit: & recenseatur in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone, & inventum est in Ecabatis, quod est castrum in Medena provincia volumen unum, talisque scriptus erat in eo commentarius:

1. Anno primo Cyri regis: Cyrus rex decrevit ut domus Dei edificaretur, quæ est in Ierusalem, in loco ubi immolent hostias, & ut ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & latitudinem cubitorum sexaginta,

2. & ordines de lapidibus impolitis tres,

Eodem ann. 3485. Ant. Chr. 519.

& sic ordines de lignis novis: sumptus autem de domo regis dabuntur.

5. Sed & vasa templi Dei aurea & argentea, quae Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur in templum in Ierusalem in locum suum, quae & posita sunt in templo Dei.

6. Nunc ergo Thathanai dux regionis, quae est trans Flumen, Scharbuzanai, & consiliarii vestri Apharsachai, qui estis trans Flumen, procul recedite ab illis, & dimittite fieri templum Dei illud a duce Iudaeorum, & a senioribus eorum, ut domum Dei illam aedificent in loco suo.

8. Sed & a me praecipit est quid oporteat fieri a presbyteris Iudaeorum illis ut aedificetur domus Dei, scilicet ut de arca regis, id est, de tributis, quae dantur de regione trans Flumen, studiosè sumptus dentur viris illis ne impediatur opus.

9. Quòd si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustum Deo caeli, frumentum, sal, vinum, & oleum, secundum ritum Sacerdotum, qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies, ne sit in aliquo querimonia.

10. Et offerant oblationes Deo caeli, orentque pro vita regis, & filiorum eius.

11. A me ergo positum est decretum: Ut omnis homo, qui hanc mutaverit iusionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & configatur in eo, domus autem eius publicetur.

12. Deus autem, qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extendit manum suam ut repugnet, & dissipet domum Dei illam, quae est in Ierusalem. Ego Darius statu decretum, quod studiosè impleri volo.

13. Igitur Thathanai dux regionis trans Flumen, & Scharbuzanai, & consiliarii eius, secundum quod praeeperat Darius rex, sic diligenter executi sunt.

14. Seniores autem Iudaeorum aedificabant, & prosperabantur iuxta prophetiam Aggae prophetae, & Zachariae filij Addo: & aedificaverunt & construxerunt iubente Deo Israël, & iubente Cyro *, & Dario, & Artaxerxe regibus Persarum:

15. & compleverunt domum Dei istam, usque ad diem tertium mensis Adar, qui est annus sextus regni Darij regis.

16. Fecerunt autem filij Israël Sacerdotes & Levitae, & reliqui filiorum transmigrationis, dedicationem domus Dei in gaudio.

* Cyro primum iubente, & Darij potentia confirmante. Is autem Artaxerxes, qui hic Darij adiungitur,

17. Et obtulerunt in dedicationem domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israël duodecim, iuxta numerum tribuum Israël.

18. Et staturerunt Sacerdotes in ordinibus suis, & Levitas in vicibus suis super opera Dei in Ierusalem, * sicut scriptum est in libro Moysi.

19. Fecerunt autem filij Israël transmigrationis, Pascha, & quartadecima die mensis primi.

20. Purificati enim fuerant Sacerdotes & Levitae quasi unus: omnes mundi ad immolandum pascha universis filiis transmigrationis, & fratribus suis Sacerdotibus, & sibi.

21. Et comederunt filij Israël, qui reversi fuerant de transmigratione, & omnes qui se separaverant a coinquinazione Gentium terrae ad eos, ut quaererent Dominum Deum Israël.

22. Et fecerunt solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificaverat eos Dominus, & converterat cor regis Assur ** ad eos, ut adjuvaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israël.

men 6. huius Darij anno completum est ut hic notatur, X. 15.

* Num. 3. 6. & 8. 9. † Primum in 2. templo celebratum. Anno Mundi 3489. Ant. Chr. 515.

** Sive Assyriae, i. Darij Hystasp. qui Babylone, quae ab eo defecerat, Lopyri operâ, recuperata; non minus Assyrij quam Persici Imperatoris titulum iam iure obtinebat. Herod. l. 2. sub fin. & Iust. l. 1.

CAPUT VII.

Esdras scriba, assumptis comitibus, Ierusalem ascendit cum editio regis, magnisque muneribus, legem Dei docturus populumque reclusus: & refertur regis editum.

1. Post haec autem verba in regno Artaxerxis * regis Persarum, Esdras filius Saraïæ, filij Azariæ, filij Helciae,

2. Filij Sellum, filij Sadoc, filij Achitob,

3. Filij Amariæ, filij Azariæ, filij Maraioth,

4. Filij Zarahiae, filij Ozi, filij Bocci,

5. Filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron sacerdotis ab initio.

6. Ipse Esdras ascendit de Babylone, et ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israël: & dedit ei

consortem imperij fuisse opinatur: unum videlicet e septem Persis, qui Magum oppresserant, quique, Darij rege electo, magnum sibi aus & veluti Tribunitiam potestatem retinebant. Eum enim non esse Artaxerxem Longimanum huius Darij nepotem, vel inde appareret, quòd hoc decretum datum est antequam absolveretur templi aedificium, quod tamen anno 6. huius Darij anno completum est ut hic notatur, X. 15.

† Primum in 2. templo celebratum. Anno Mundi 3489. Ant. Chr. 515. * Sive Assyriae, i. Darij Hystasp. qui Babylone, quae ab eo defecerat, Lopyri operâ, recuperata; non minus Assyrij quam Persici Imperatoris titulum iam iure obtinebat. Herod. l. 2. sub fin. & Iust. l. 1.

* Is est qui Longimanus dictus est, Darij Hystasp. nepos, & Xerxis filius, cui per Artabanum iugulato, successit. Anno M. 3531.

rex

rex secundum manum Domini Dei eius super eum, omnem petitionem eius.

17. Et ascenderunt de filiis Israël, & de filiis Sacerdotum, & de filiis Levitarum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinais in Ierusalem anno septimo Artaxerxis regis.

18. Et venerunt in Ierusalem mense quinto, ipse est annus septimus regis.

19. Quia in primo die mensis primi cepit ascendere de Babylone, & in primo die mensis quinti venit in Ierusalem, iuxta manum Dei sui bonam super se.

20. Esdras enim paravit cor suum, ut investigaret legem Domini, & faceret & doceret in Israël praeceptum & iudicium.

21. Hoc est autem exemplar epistolae editae, quod dedit rex Artaxerxes Esdrae sacerdoti, scribae erudito in sermonibus & praeceptis Domini, & ceremoniis eius in Israël.

22. Artaxerxes rex regum Esdrae sacerdoti, scribae legis Dei caeli doctissimo, salutem.

23. A me decretum est, ut cuiuscumque placuerit in regno meo de populo Israël, & de Sacerdotibus eius, & de Levitis ire in Ierusalem, tecum vadat.

24. A facie enim regis, & septem consiliatorum eius missus es, ut visites Iudaeam & Ierusalem in lege Dei tui, quae est in manu tua:

25. & ut feras argentum & aurum quod rex, & consiliatores eius spontè obtulerunt Deo Israël, cuius in Ierusalem tabernaculum est.

26. Et omne argentum & aurum quodcumque inveneris in universa provincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de Sacerdotibus quae spontè obtulerint domui Dei tui, quae est in Ierusalem, liberè accipe, & studiosè eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos, & sacrificia, & libamina eorum, & offer ea super altare templi Dei vestri, quod est in Ierusalem.

27. Sed & si quid tibi, & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro ut faciat, iuxta voluntatem Dei vestri facite.

28. Vasa quoque, quae dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Ierusalem.

29. Sed & cetera, quibus opus fuerit in domum Dei tui, quantumcumque necesse est ut expendas, dabitur de thesauro, & de fisco regis.

30. Et a me decretum est, ut cuiuscumque placuerit in regno meo de populo Israël, & de Sacerdotibus eius, & de Levitis ire in Ierusalem, tecum vadat.

31. Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, quae est in manu tua, constitue iudices & praesides ut iudicent omnem populum, qui est trans Flumen, hic videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè.

32. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiae eius, vel certè in carcerem.

33. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis ut glorificaret domum Domini, quae est in Ierusalem, & in me inclinavit misericordiam suam coram rege & consiliatoribus eius, & universis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei, quae erat in me, congregavi de Israël principes qui ascenderunt mecum.

21. & a me. Ego Artaxerxes rex, statui atque decrevi omnibus custodibus arcae publicae, qui sunt trans Flumen, ut quodcumque petierit a vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei caeli, absque mora detis usque ad argenti talenta centum, & usque ad frumenti coros centum, & usque ad vini batos centum, & usque ad batos olei centum, sal verò absque mensura.

22. Omne, quod ad ritum Dei caeli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei caeli: ne fortè irascatur contra regnum regis, & filiorum eius.

23. Vobis quoque notum facimus de universis Sacerdotibus, & Levitis, & cantoribus, & ianitoribus, Nathinais, & ministris domus Dei huius, ut vestigal, & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponendi super eos.

24. Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, quae est in manu tua, constitue iudices & praesides ut iudicent omnem populum, qui est trans Flumen, hic videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè.

25. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiae eius, vel certè in carcerem.

26. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis ut glorificaret domum Domini, quae est in Ierusalem, & in me inclinavit misericordiam suam coram rege & consiliatoribus eius, & universis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei, quae erat in me, congregavi de Israël principes qui ascenderunt mecum.

27. Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, quae est in manu tua, constitue iudices & praesides ut iudicent omnem populum, qui est trans Flumen, hic videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè.

28. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiae eius, vel certè in carcerem.

29. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis ut glorificaret domum Domini, quae est in Ierusalem, & in me inclinavit misericordiam suam coram rege & consiliatoribus eius, & universis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei, quae erat in me, congregavi de Israël principes qui ascenderunt mecum.

30. Et a me decretum est, ut cuiuscumque placuerit in regno meo de populo Israël, & de Sacerdotibus eius, & de Levitis ire in Ierusalem, tecum vadat.

31. Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, quae est in manu tua, constitue iudices & praesides ut iudicent omnem populum, qui est trans Flumen, hic videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè.

32. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiae eius, vel certè in carcerem.

33. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis ut glorificaret domum Domini, quae est in Ierusalem, & in me inclinavit misericordiam suam coram rege & consiliatoribus eius, & universis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei, quae erat in me, congregavi de Israël principes qui ascenderunt mecum.

34. Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, quae est in manu tua, constitue iudices & praesides ut iudicent omnem populum, qui est trans Flumen, hic videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè.

35. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiae eius, vel certè in carcerem.

36. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis ut glorificaret domum Domini, quae est in Ierusalem, & in me inclinavit misericordiam suam coram rege & consiliatoribus eius, & universis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei, quae erat in me, congregavi de Israël principes qui ascenderunt mecum.

37. Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, quae est in manu tua, constitue iudices & praesides ut iudicent omnem populum, qui est trans Flumen, hic videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè.

38. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo sive in mortem, sive in exilium, sive in condemnationem substantiae eius, vel certè in carcerem.

39. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit hoc in corde regis ut glorificaret domum Domini, quae est in Ierusalem, & in me inclinavit misericordiam suam coram rege & consiliatoribus eius, & universis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei, quae erat in me, congregavi de Israël principes qui ascenderunt mecum.

40. Tu autem Esdra secundum sapientiam Dei tui, quae est in manu tua, constitue iudices & praesides ut iudicent omnem populum, qui est trans Flumen, hic videlicet qui noverunt legem Dei tui, sed & imperitos docete liberè.

Eodem ann. 3537.

CAPUT VIII.

Rescensetur qui de Babylone ascenderunt Ierusalem: Esdra: qui iudicio ieiunio pro dilectione itineris Deum precantes, prosperè perveniunt in Ierusalem, ac vasa quae secum attulerant, in templum afferunt cum ieiuniis.

1. Hi sunt ergo principes familiarum, & genealogia eorum, qui ascenderunt mecum in regno Artaxerxis regis de Babylone.

2. De filiis Phinees, Gersom. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis David, Hattus.

3. De filiis Sechenia, filij Pharos, Zachariae, Oo, cha-

charias: & cum eo numerati sunt viri centum quinquaginta.

4. De filiis Phabath Moab, Elieōnai filius Zarehe, & cum eo ducenti viri.

5. De filiis Secheniæ, filius Ezechiel, & cum eo trecenti viri.

6. De filiis Adan, Abed filius Ionathan, & cum eo quinquaginta viri.

7. De filiis Alam, Isatas filius Athaliæ, & cum eo septuaginta viri.

8. De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michaël, & cum eo octoginta viri.

9. De filiis Ioab, Obedia filius Iahiel, & cum eo ducenti decem & octo viri.

10. De filiis Selomith, filius Iosphiæ, & cum eo centum sexaginta viri.

11. De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai, & cum eo vigintiocto viri.

12. De filiis Azgad, Iohanan filius Ecetani, & cum eo centum & decem viri.

13. De filiis Adoniam, qui erant novissimi: & hæc nomina eorum: Elipheleth, & Iehiel, & Samaïas, & cum eis sexaginta viri.

14. De filiis Begui, Uthai & Zachur, & cum eis septuaginta viri.

15. Congregavi autem eos ad fluvium, qui decurrit ad Ahava, & mansimus ibi tribus diebus: quævisque in populo & in sacerdotibus de filiis Levi, & non inveni ibi.

16. Itaque misi Eliezer, & Ariel, & Semetam, & Elnathan, & Iarib, & alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam & Mosollam principes: & Iotarib, & Elnathan sapientes.

17. Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphiæ loco, & posui in ore eorum verba, quæ loquerentur ad Eddo, & fratres eius Nathinaos in loco Chasphiæ ut adducerent nobis ministros domus Dei nostri.

18. Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos, virum doctissimum de filiis Moholi filij Levi, filij Israël, & Sarabiam & filios eius & fratres eius decem & octo,

19. & Hasabiam, & cum eo Isaïam de filiis Merari, fratresque eius, & filios eius viginti:

20. & de Nathinais, quos dederat David & principes ad ministeria Levitarum, Nathinaos ducentos viginti: omnes hi suis nominibus vocabantur.

21. Et prædicavi ibi ieiunium iuxta fluvium Ahava ut affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo

viam rectam nobis & filiis nostris, universæque substantiæ nostræ.

22. Erubui enim petere a rege auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via: quia dixeramus regi: Manus Dei nostri est super omnes, qui querunt eum in bonitate: & imperium eius & fortitudo eius, & furor super omnes, qui derelinquunt eum.

23. Ieiunavimus autem, & rogavimus Deum nostrum per hoc: & evenit nobis prosperè.

24. Et separavi de principibus Sacerdotum duodecim, Sarabiam, & Hasabiam, & cum eis de fratribus eorum decem.

25. Appendique eis argentum & aurum, & vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex & consiliatores eius, & principes eius, universusque Israël eorum, qui inventi fuerant:

26. & appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, auri centum talenta:

27. & cratères aureos viginti, qui habebant solidos millenos, & vasa aris fulgentis optimi duo, pulchra, ut aurum.

28. Et dixi eis: Vos sancti Domini, & vasa sancta, & argentum & aurum, quod spontè oblatum est Domino Deo patrum nostrorum:

29. vigilate & custodite, donec appendatis coram principibus Sacerdotum, & Levitarum, & ducibus familiarum Israël in Ierusalem, in thesaurum domus Domini.

30. Susceperunt autem Sacerdotes & Levitæ pondus argenti, & auri, & vasorum ut deferrent Ierusalem in domum Dei nostri.

31. Promovimus ergo a flumine Ahava duodecimo die mensis primi ut pergeremus Ierusalem: & manus Dei nostri fuit super nos, & liberavit nos de manu inimici & insidiatoris in via.

32. Et venimus Ierusalem, & mansimus ibi tribus diebus.

33. Die autem quartâ appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filij Uriæ Sacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, cumque eis Iozabed filius Iosue, & Noadaïa filius Bennoi Levitæ,

34. iuxta numerum & pondus omnium: descriptumque est omne pondus in tempore illo.

35. Sed & qui venerant de captivitate filij transmigracionis, obtulerunt holocaustum

cautomata Deo Israël, vitulos duodecim pro omni populo Israël, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato, duodecim: omnia in holocaustum Domino.

36. Dederunt autem edicta regis satrapis, qui erant de conspectu regis & ducibus trans Flumen, & elevaverunt populum & domum Dei.

CAPUT IX.

Audiens Esdras Iudæos matrimonia contractisse cum gentibus, scindit vestimenta sua, & populi peccata confitetur, lugetque coram Domino.

Anno M. 3538. Ant. 466. Chr. 1. Postquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes: Non est separatus populus Israël, Sacerdotes & Levitæ a populis terrarum, & abominationibus eorum Chananaei videlicet, & Hethæi, & Pherezei, & Iebusæi, & Ammonitarum, & Moabitaram, & Ægyptiorum, & Amorrhæorum:

2. tulerunt enim de filiabus eorum sibi & filiis suis, & commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum: manus etiam principum & magistratum fuit in transgressione hac prima.

3. Cùmque audissem sermonem istum, scidi pallium meum & tunicam, & evelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens.

4. Convenerunt autem ad me omnes, qui timebant verbum Dei Israël, pro transgressione eorum, qui de captivitate venerant, & ego sedebam tristis usque ad sacrificium vespertinum:

5. & in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, & scisso pallio & tunicâ, curvavi genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum,

6. & dixi: Deus meus confundor & erubescio levare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creverunt usque ad caelum

7. a diebus patrum nostrorum: sed & nos ipsi peccavimus graviter usque ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi, & reges nostri, & Sacerdotes nostri in manum regum terrarum, & in gladium, & in captivitatem, & in rapinam, & in confusionem vultus, sicut & die hac.

8. Et nunc quasi parum & ad momen-

tum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, ut dimitteretur nobis reliquiæ, & daretur nobis paxillus in loco sancto eius, & illuminaret oculos nostros Deus noster, & daret nobis vitam modicam in servitute nostra,

9. quia servi sumus, & in servitute nostra non dereliquit nos Deus noster, sed inclinavit super nos misericordiam coram rege Persarum, ut daret nobis vitam, & sublimaret domum Dei nostri, & exstrueret solitudines eius, & daret nobis sepem in Iuda & Ierusalem.

10. Et nunc quid dicemus Deus noster post hæc? quia dereliquimus mandata tua,

11. quæ præcepisti in manu servorum tuorum prophetarum, dicens: Terra, ad quam vos ingredimini ut possideatis eam, terra immunda est iuxta immunditiam populorum, ceterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleverunt eam ab ore usque ad os in coinquinatione sua.

12. Nunc ergo * filias vestras ne detis * *Deut. 7.* filijs eorum, & filias eorum, ne accipiatis filijs vestris, & non queratis pacem eorum, & prosperitatem eorum usque in æternum: ut confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ, & heredes habeatis filios vestros usque in sæculum.

13. Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem sicut est hodie,

14. ut non converteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum. Numquid iratus es nobis usque ad consummationem ne dimitteres nobis reliquias ad salutem?

15. Domine Deus Israël iustus es tu: quoniam derelicti sumus, qui salvemur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro. non enim stari potest coram te super hoc.

CAPUT X.

Esdras, convocatis filiis universis transmigracionis, præcepit repudiari uxores alienigenas: quod cum se facturos spondissent, recensentur qui huic operi præ-sint, & qui huiuscemodi matrimonia contraxerant.

1. SIC ergo orante Esdrâ, & implo- Anno M. 3538. Ant. 466. Chr. ante templum Dei, collectus est ad eum
Oo 2 de

